

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita abbatis Iohannis Eunuchi, necno[n] iuuenis monachi, qui nunquam  
bibere constituerat. atque alterius senis orationibus valde dediti. Cap.  
CLXXXIIII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

tendum profectus est. Habent enim consuetudinem Scitiorae, ut abeant ad villas, & metant. Ascendit ergo senex in villam, & sub me cede operabatur. Conduxit autem illum agricola quidam. Cum itaque meteret senex, die quadam circa horam septimam æstus magnus factus est, & abiit senex in quoddam tugurium, & sedet. Veniens autem agricola, & videns sedentem senem, dicit ei cum iracundia: Cur non metis, senex? Ne scis, quia mercedem tibi reddo; Dixit ei: Ita sanè, sed quia æstus magnus est, & grana tritici de spicis decidunt, idcirco paululum expecto, donec transeat æstus, neque damnum patiaris. Dicit ad eum agricola: Surge, labora, & ardeat omnia. Cui respondit senex: Et vis, ut ardeant! Dixit ille cum iracundia: Ita planè. Tunc surrexit senior, & ecce continuò ardere cœpit ager. Currens autem agricola venit ad alios senes, qui in alia parte agri copabantur, & orabat eos, ut venirent & depreca rentur senem, ut oraret & ignem extingueret. Venientes autem seres prostrauerunt se humi. Ille autem dixit eis: Dixit ipse ut arderet. Exortus tamen ab eis, abiit, & stans mediis inter ea, q arserant, & ea que non arserant, oravit, & cōtinuo 2 extinctus est ignis, & saluata est pars reliqua ruris.

<sup>1</sup> Vide in sanctis patribus opus manuum.

<sup>2</sup> Magna virtus orationis sancti senis, ut per eam ignis agri extinctus sit.

Vita Abbatis Iohannis Eunuchi, necnō iuuenis monachi, qui nunquam bibere constituerat. atque alterius senis orationibus valde dediti.

#### C A P. CLXXXIIII.

E Ramus in noua Alexandria, cum accessimus ad monasteriū abbatis Iohannis Eunuchi

chi vtilatatis gratia. Inuenimus autem ipsum senem  
qui egerat in habitu monastico annos octoginta,  
ita misericordem, vt alium neminem illi simile  
viderimus, non solum enim ad homines, verum  
& ad bruta animalia misericors erat. Quid ergo  
faciebat senex? Nullum opus aliud habebat, nisi  
hoc: Surgens de mane ibat ad canes omnes qui  
erant in monasterio, & cibum præbebat illis. Simi-  
liter & paruis formiculis farinam apponebat, tritum  
cumq; maioribus formicis. Infundebat & paxima-  
tia, & ea super tecta proiecibat, vt volucres come-  
derent. Ita degens iugiter, nihil, cum moreretur,  
in suo i monasterio dimisit, non portam, nō fene-  
stram, non candelam, non tabulam, & ne singu-  
lits immorans, prolixior sim, nō dimisit omnino  
terrenum a' iquid. Nunquam vel vna hora tenuit  
vel librū, vel pecuniam, vel indumentum, sed oia  
egenis dabant, omnē curā suā ad futu: a tēsferens.

**N**Arrabant autem & hoc de ipso, misericordi-  
am eius, & compassionis affectum commen-  
dare volentes: Die quadam venit ad eum agrico-  
la quidam petens, vt aureū nummum illi mutu-  
daret. Cum verò ille non haberet ( nec enim vni-  
quā aurum tenebat senex) misit continuo, & mu-  
tuauit à monasterio numisma & dedit homini q;  
id à se petierat, polliceti post vnum mensem hoc  
se illi redditurum. Cū vero præterissent anni duo  
& agricola illud non redde: et, accersuit illum ab  
bas Ioannes & ait illi. Da mihi numisma, frater.  
Qui dixit, nouit Deus quia non habeo. Tunc ait  
illi senex: Agnosce frater, quia inueni tibi modū  
per quem possis mihi illud reddere. Qui ait seni:  
Iube quicquid vis, & fa: iam, putans homo quod  
senior sibi aliquid iniungere vellet. Tuc dixit ab  
bas Ioannes: Cum tibi oportuum est, nec haber  
quid

quid facias, veni huc, & triginta genuflexiones pro me facito, & dabo tibi unum argenteum. Cui cu ille libenter consensisset, quoties illi vacabat ab opere, pergebat ad senem, & completo orationu numero, dabat ei senex iuxta constitutum, argenteum nummum, dabatq; illi comedere & bibere, tribuens insuper paximatia pro tota domo sua. Cum igitur impletus esset viginti quatuor argenteos id est, aureum nummum, accepit ab eo senex, & dimisit illam, dans ei etiam benedictiones.

**I** Dem Abbas Iohannes Eunuchus narravit nobis dicens: Ascendimus in Thebaidem ad coenobium Abbatis Apollo, vidimusq; ibi iuniorē fratrem habentem etiam carnalem patrem, & ipsum monachum. Statuit ergo iuuenis nunquam bibere aquā, neq; vinum, neq; & potionem alia toto vitæ suæ tempore. Edebat igitur olera quædam comedibilia, quæ ipsum ex siti recreari poterant. Habebat autem & ministerium coquendi panes. Cū vero tres annos hoc abstinentiæ modo cucurisset. incidit in grauissimam ægritudinē, ex qua etiam defunctus est. Cumq; febre vreretur, & ex immensa siti fatigaretur, hortabantur es omni ut vel modicā potionem degustaret, neq; prorsus hoc fecerūt, illerū passus est. Abbas igitur accersito medico, ut languenti si qua ratione posset, subueniret, precabatur. Qui cum venisset & videret fraterem in tali necessitate, rogare cuni cœpit, ut modicum alicuius potionis acciperet. Sed cu ille nō acquiesceret, dixit abbati: afferte mihi huc vas magnum. Quo allato: mittens in illud tepentis aqua: amphoras quatuor, fecit illū intus īmitti usq; ad fōmo: a per vñā horam. Affirmabat autem nobis Abbas Iohannes ( illic enim aderat) quod cu illū ex aqua eduxissent; metiens medicus aquam, inuenit

cam

eam ex magna parte immunita. Ecce quam vim  
sibi intulerunt continetes monachi, se ipso pro-  
pter Deum his necessitatibus subdentes, ut semper  
ternis fruerentur bonis.

**I**DE M rufus nobis enarravit, dicens: Ingredi-  
sum in eodem coenobio cellulam senis cuius-  
dam, vidique, quia ubi stare ad orationem so-  
lebat, tabula erat supposita. Vbi autem genua foy-  
bat, & manus, concauum erat plusquam digitorum  
quatuor. Ex frequentia quippe, & usu continuo  
rationis cauauerat tabulam.

- 1 *Vide altissimam paupertatem huius patris.*
- 2 *Magnum abstineniae genus, nulla penitum vi poli-  
one.*
- 3 *Ecce quomodo prisci monachi magno continentieri-  
gore vim sibi ipsis propter obtainendum regnum celorum  
inferebant.*

*Vita mulieris fidelis, quem mira sapientia virum suum  
gentile ad fidem conuertit.*

#### C A P V T CLXXXV.

**C**VM in Samo insula essemus, narrabat no-  
bis venerabilis pauperum cultrix Maria ma-  
ter domini Pauli candidati, dicens: Cum cl-  
sem in ciuitate Nisibæ, erat ibi Christiana mulier  
virum habens gentilem. Erant autem pauperes,  
habebant tamen quinquaginta numismata. Die  
vero quadam ait vir vxori sua: Demus haec nu-  
mismata foeneratori, vt aliquid solatium ex eo  
capiamus. Ea enim sigillatim consumimus, & ob-  
ficiunt. Respondens autem illa bona vxor ait vi-  
ro: Si placet ea foenerari, veni, demus illa sub fo-  
nere Deo Christianorum. Dicit ei vir eius: Et ubi  
est Deus Christianorum, vt demus ei? Ait illa:  
Ego tibi ipsum ostendam. Si enim huic dederis

Cap